



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVI. Papst Innocenz IV. ertheilt dem Abte zu Hillersleben gewisse
bischöfliche Rechte, am 5. Dezember 1246.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXVI. Pappst Innocenz IV. ertheilt dem Abte zu Hillersleben gewisse bischöfliche Rechte,
am 5. Dezember 1246.

Innocentius, episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri archiepiscopo maguntinensi salutem et apostolicam benedictionem. Dignum te inter ceteros ecclesiarum prelatos speciali sedis apostolice gracia reputantes, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue concedendi dilecto filio, abbati monasterii de hildefleue, halberstadenfis dyocesis, (mitre) annuli, cyrothecarum, sandaliorum, dalmatice ac tunice vsu, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam leuitica quam sacerdotalia uestimenta, et largiendi benedictionem super populum more pontificum finitis missarum sollempniis et vespertinis officii in precipuis eiusdem monasterii festiuitatibus tribuimus auctoritate presencium potestatem. Datum Lugdunis, nonas decembris, pontificatus nostri anno primo (1243).

Cop. I, fol. 22.

Anmerkung. Diese Urkunde ist in dem Copial zum zweiten Mal vorhanden, indem sie nämlich dem folgenden erzbischöflichen Schreiben eingereicht ist. Sie enthält aber in der zweiten Abschrift die Schlussworte richtig dahin verändert: Datum lugdunis, nonis decembris, pontificatus nostri anno quarto (1246). (Siehe Urk. No. XXVII.)

XXVII. Der Erzbischof von Mainz bestätigt dem Abte zu Hillersleben die päpstlichen
Zugeständnisse, am 12. Juni 1247.

S., dei gracia Sancte maguntinensis Sedis archiepiscopus, Sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto abbatii monasterii in hildefleue, halberstadenfis dyocesis, salutem et sinceram in domino karitatem. Literas domini pape recepimus in hunc modum: Innocencius etc. (Urk. No. XXVI.)

Igitur ut et decora filia jherusalem tam fidelibus quam infidelibus terribilis appareat, ut castrorum acies ordinata ecclesia militans uariis frequencius insignitur tytulis dignitatum, per quas tanquam ornata monilibus et circumamicta varietate uenustatem preferat uirtutum illustrium ecclesie triumphantis, Quod que tandem habebit in re, in specie gerere se ostendens ueritatem indicet per figuram; Quare Sedes apostolica mater ecclesiarum omnium et magistra, ecclesias alias tanquam adolescentulas suas honorum insigniis libenter adornat, pro meritis singularum. Ea propter deuotis tuis precibus inclinati vsu mitre, annuli, cyrothecarum, sandaliorum, dalmatice ac tunice, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam leuitica quam sacerdotalia uestimenta et in precipuis tui monasterii festiuitatibus tam foris quam intus finitis missarum sollempniis ac officiiis vespertinis tibi tuisque successoribus in perpetuum auctoritate apostolica duximus concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et